



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 29. Æneas Sylvius in Senensem Episcopum electus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV.
A.C. 1450.

§. XXIX.

*Æneas Sylvius in Senensem
Episcopum electus.*

Joannes Capistranus, cujus mox meminimus, eo tempore Fratrum Minorum Vicarium generalem agebat. Hunc Papa Æneæ Sylvii suasu hoc anno in Germaniam misit, ut primævam S. Francisci Regulam denuo restitueret. Idem quoque Æneas eodem Jubilæi anno a Fridrico Cæsare Legatus fuit decretus ad Alphonsum Arragoniæ Regem, ut Matrimonium inter eundem Cæsarem, & Eleonoram Regis Lusitaniæ sororem, ipsiusque Alphonsi sororis filiam conciliaret. Connubium hoc fauste conclusum Æneas Sylvius circa finem anni Jubilæi Pontifici in publico consistorio manifestavit, declaravitque, sequenti anno Cæsarem Romam venturum, ut a sanctitate sua coronam Imperii reciperet. Postulavit itidem nomine Friderici Cæsaris, ut Concilium generale, quod in Galliis celebrari oportuisset, potius in Germania convocaretur. His bene gestis idem Æneas Senis in patria sua Episcopus renuntiatus est.

§. XXX.